Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



super vicesimo vicesimo primo vicesimo secundo vicesimo tercio et vicesimo quarto
articulis testis examinata est generalis cum aliis generalibus depositis sicut eis
Et fuit immutata eidem testi prout est moris ꝛc

Eadem die fuit examinata Distretus vir Anechael zoli de Nouenburg cuius
stali laicus Patauien diocesis frater proxime presumpte testis videlicet Agnetis
vxoris tabannis halapauri etatis sue annorum viginti sex vel circa con-
testis dicte Agnetis sororis sue qui deposuit sicut omnes et singulis articulis
prout ipse testis principalis soror sua super eisdem deposuit et concordat in
omnibus et per omnia cum eadem in depositione sua. Addidit quod dicta soror sua
prefatam Gemma habuerit circa annos tredecim
Et fuit immutata eidem testi prout est mos ꝛc

Eadem die fuit examinata Distreta mulier Agatha vxor Erasim Vnsprunst
de dicto loco etatis sue annorum Triginta duorum ad circa similiter contestes
prefate Agnetis vxoris tabannis halapauri que deposuit ut sequitur
Et primo super Primo secundo et aliis articulis vsque ad vndecimum inclu-
sive testis examinata dicit articulos esse veros quia semper ita a senioribus
suis audiuit
Super Duodecimo articulo incipien Item quod propter bona opera sua ꝛc testis
examinata dicit articulum esse verum quia adhuc hodie ita cognominat
Super Tredecimo et Quartodecimo articulis incipien Item quod a sede apostolica
et Item quod propter virtutem et bona opera sua ꝛc testis examinata dicit
sibi nil constare
Super Quintodecimo decimo sexto decimo septimo et decimo octauo arti-
culis testis examinata dicit ut ad primum secundum
Super decimo nono articulo incipien Item quod post mortem suam clarum ꝛc
testis examinata dicit articulum esse verum quia vidit et a pluribus fide
dignis personis audiuit plura et diuersa miracula circa tumbam bti
Leopoldi facta esse. Interrogata sedem interrogatoria prenotata testis
respondendo dixit quod nouit prefatam Agnetem a iuuentute sua per
multos annos perfectam absque aliqua disformitate sui corporis et dem
ipsam sic ut in eius depositione deponit in collo suo matrium concepisse
Gemmam vidit et quod propter disformitatem colli sui quidam notabilis
iuuenis ipsam spernit ne duceret eam in vxorem postremo dixit ipsam
Agnetem per inuocationem beati Leopoldi miraculose ab huiusmodi Gemma
liberatam esse et post huiusmodi liberationem matrimonium cum dicto tabanne
halapauri contraxisse et de puero suo ab infirmitate liberato deponit
et dicit idem quod dicta Agnes in sua depositione dixit et deposuit quia dicit